

DE LATERIBVS


ET ANGVLI TRIANGV

lorum planorum rectilineorum.

I.




RIANGVLI datorum angulorum dan-
tur latera. Sit, inq̄, triangulum $a b c$,
cui per quintum problema quarti Eu-
clidis circumscribatur Circulus. Erunt
igitur & $a b$, $b c$, $c a$ circumferentiæ da-
tæ, eo modo, quo $ccclx$. partes sunt duo-
bus rectis æquales. Datis autem circum-
ferentijs dantur etiam latera trianguli
inscripti circulo tanquam subtensæ, per expositum Cano-
nem, in partibus, quibus dimetiens assumpta est 2000000 .



II.

Si uero cum aliquo angulorum duo trianguli latera fue-
rint data, & reliquum latus cum reliquis angulis cognosce-
tur. Aut enim latera data æqualia sunt aut inæqualia, Sed
angulus datus aut rectus est, aut acutus, uel obtusus. Ac rur-
sus latera data datum angulum uel comprehendunt, uel
non comprehendunt. Sint ergo primum in triangulo
 $a b c$ duo latera $a b$ & $a c$ data æqualia, quæ angulum a
datum comprehendunt. Cæteri igitur, qui ad basim $b c$
cum sint æquales, etiam dantur, uti dimidia residui ipsius a ,
è duobus rectis. Et si qui circa basim angulus primitus fue-
rit datus, datur mox ipsi compar, atque ex his duorum re-
ctorum reliquus. Sed datorum angulorum trianguli dan-
tur latera, datur & ipsa $b c$ basis, ex Canone in partibus
quibus $a b$ uel $a c$ tanquam ex centro fuerit 1000000 . partium
siue demetiens 2000000 . partium.



III.

Quod si angulus, qui sub $b a c$ rectus fuerit datis cõpre-
hensus laterib⁹, idem eueniet. Quoniam liquidissimū est, q̄
quæ ex $a b$ & $a c$ fiunt quadrata, æqualia sunt ei, quod a basi
 $b c$, datur ergo longitudine $b c$, & ipsa latera inuicem ra-
tione

